

D. IOANNIS  
MOLANI,  
SAC. THEOLOGIAE  
LOVANII PROFESSORIS,  
PONTIFICII ET REGII LIBRO-  
RVM CENSORIS,  
DE CANONICIS LIBRI TRES,  
I. De Canonicorum vita,  
II. De eorum officijs.  
III. De dominio Canonicorum & seruis ecclesiarum.  
ITEM, ORATIONES TRES,  
De Agnis Dei, De decimis dandis,  
de decimis defendendis.  
cum trib. indicibus.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
In officina Bickman. sumptib. Arnoldi Mylij.  
Anno c. l. l. Lxxxvii.  
Cum priuilegio Sacrae Cesareae Maiestatis.

REVEREN<sup>z</sup>  
DIS DOMINIS, OMNIBVS  
STVDIOSIS, COLONIAE LOVANIL.  
*& Duaci, residentibns, qui aut sunt Canonici,  
aut ad, Canonicam vitam vocari deside-  
rant, dilectissimis confratribus,  
salutem in Domino.*

**R**EVERENDI Domini , cum Doctor gentium vinctus in Domino omnes nos obsecret, ut digne ambulemus vocatio- ne qua vocati sumus; nos qui in Canonicū ordinem co- optamur, & opitulatores sumus eorum quos Deus posuit, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædifica- tionē corporis Christi, meminisse in pri- mis oportet huius admonitionis, ne, velu ti sal infatuatum, ab hominibus concul- cemur, & veluti serui pigri, & inutiles, ei- ciamus in tenebras exteriores.

Magnum etenim est Canonicorum nomen, eo quod sint membra episcopa-

A 2 tus,

# DE CANONI CORVM VITA

LIBER PRIMVS.

*Canonicus primo vocabulum suum inter-  
pretetur, & hoc esse nitatur quod  
dicitur.*

## Caput I.



VO D beatus Hieronimus Ne- Epist. i:  
potianus suo de clericis scripsit,  
*Clericus qui Christi seruit Ec-  
clesiae, interpretetur primò vo-  
cabulum suum, & nominis defi-  
nitione prolatæ , nitatur esse*

*quod dicitur.* Hoc in primis etiam mibi dicen-  
dum occurrit de Canoniciis ; primo videlicet ab  
eis interpretanda esse sua vocabula , ut nominum  
definitione prolatata , id esse nitantur , quod dicun-  
tur.

Etsi enim , refrigercente charitate , in posterio-  
rum sæculorum multam infelicitatem incideri-  
mus , in quibus multi ignorant qualis fuerit anti-  
quorum Canonicorum vita , tantoque in intervallo  
ab eis sciungamur , ut vix umbram Canonicæ , quæ  
inter illos fuit , videamur , retinuisse videamur , multum  
ramen expedit , ut qui dominorum Canonicorum  
titulum valde honorabilem in Dei ecclesia esse ar-  
bitramur , primum animaduertamus , quantum

B diste-